Sic generum oppressit bellis civilibus hostem;
Sic quoque longinquos Macedo penetravit ad Indos
Atque indefesso superavit milite Taurum
Caucaseasque alpes nec non Memphitica regna;
430 Sic quoque Cosdroam compressit Heraclius hostem;
Sic quoque praesenti pacavit numine Gallum
Carolus et cepit Lybica tellure Tunetum.
Nec mirum toties quod tanta talenta profundunt
Incassum Reges, alieno praeside belli
435 Praefecto, nostri: non servum subditus audit;
Ipsi adeant gentes sibi concilientque rebelles
Nec minus ad bellum quam se fornacibus aptent,
Atque erit ad causas Deus indulgentior aequas . . . .
445 Qualis ubi densis se involvit nubibus aether
Et saliente graves ceciderunt grandine nimbi[35], Mal. 30.
Sic densi cecidere globi sub valla frequenter,
Nec secus ac largi resolutis nubibus imbres
Descendunt et humum complent pluvialibus undis . . . .
556 Altera sphaera vigens praetoria castra subivit, Mal. 36.
Perforat et medium penetrale, ubi regia stabat
Sponda instrata thoro plenis tumefactaque plumis . . . .
597 Tot fuerant glandes, nato fluxere quot anni Mal. 38.
Salvatore, quater centum si iunxeris illis . . . .
669 — ᴗ ᴗ Haec scriptis adiungitur una coronis: Mal. 41.
„Vos modo vos, Urbes, thesauros promite cryptis;
„Omnia sufficiunt, nisi nos quod deficit aurum:
„Hoc date; quod reliquum est, nostris committite dextris;
„Nos Aquilas dabimus victas hostemque superbum.“ . . . .
698 Integer haud metuit Parthorum tela veneno Hor. I, carm. 22.
Illita, Thessalicas spernit bene conscius herbas
700 Inque Deo fidens Circaea aconitha vorare
Audet et in solo sua vitae stamina ponit
Numine et ad placitum credit se vivere Divum
Atque mori superum quando stata meta cucurrit . . . .
753 — ᴗ ᴗ — ᴗ ᴗ — vicit tamen improbus omnem Mal. 46, Vg Georg 2, 145.
Duriciem labor . . . .
784 Consilium mutat, methodum qua includeret hostem Mal. 48.
Invenit et victu vicinis undique villis
Quaerendo arceret . . . .
792 Nodosa et Regem coepit vexare podagra
Regibus infestus morbus tabesque tyrannis
Propria . ea articulos diris cruciatibus angit,
795 Elicit Herculibus lachrimas muresque timere
Cogit et exiguos aliquando horrere catellos;
Ergo vehit lectus Regem portatilis alte . . . . Mal. 48 b.
897 — — ast luxit iuvenes impensius hostis
Illustres quosdam claraque propagine cretos:
Brunswicensis erat casus lachrimosior unus
900 Principis innumeris confosso corpore plagis;
Alter erat Lunenburgi ducis inclyta proles . . . .
929 Fit via vi, auspicio succedunt vota secunda . . . . Vg 2, 494.
942 Istri iamque iugis surgebat lucifer Idae . . . . Vg! 2, 801.

---

[35]) Pseudo-Lucan ad Pisonem V. 57: cum grandine nimbos.